Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0002-6

Dd. zu Dc 621 c. 4°

VIRO

MAGNIFICO EXCELLENTISSIMO
ATQVE AMPLISSIMO

IO. ERNESTO IMMANVELI WALCHIO

PHILOSOPHIAE DOCTORI

ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO
CELEBERRIMO ORDINIS PHILOSOPHORVM IN HAC ACADE-
MIA H. T. DECANO SPECTATISSIMO SOCIETATVM LATINAE
DIRECTORI GRAVISSIMO ROMANAE ARCADVM ET FLOREN-
TINAE COLVMBARIAE ITEMQVE ELEGANTIORVM
LITTERARVM BREMENSIS SODALI
HONORARIO

FASCES ACADEMICOS

MENSE FEBR. A. P. V. P. CIƆ IƆCC LX.

RITE SVSCEPTOS

SOCIETATIS LATINAE NOMINE

OFFICIOSISSIME GRATVLATVR

IOANNES NICOL. MOECKERT
PHILOSOPHIAE ET IVRIVM DOCTOR.

IENAE
LITTERIS SCHILLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0004-7

Quem virum dicis merito perennem
Laudibus miris, ſapientiaeque
Purpuratis quem celebrare mandas,
Muſa, coronis?

Siue, quem diuum populi ſagacis,
Qui magis duci eſt patiens benigna
Mente quam dura, ſequeris diſerto
Carmine promta?

Siue tu mauis lacrymoſa bella,
In quibus clamor galeaeque leues
Obſtrepunt, miles facie cruenta
Deſtruit hoſtem?

Siue tu magnos potius triumphos
Atque victorem, pede, more regum,
Regio multam gradientem in vrbem
Sanguine tinctum?

Non iuuat tutam reuocare mentem
Arma, ſpumantes aciesque, quarum
Deiicit feruor monumenta regum,
Templa deorum.

Non placet ſenem meminiſſe triſtem,
Hoſtis ardori iuuenem ſacratum,
Feminam ſuaui vacuam marito,
Marte volente:

Virginem puram minus audientem
Auribus rectis ſonitus amantis,
Et ſuper duro nimium querentem
Tempore belli:

Filios mitis teneros parentis
Derelictos a manibus iocoſis.
Omnium multis precibus moueri eſt
Neſcius hoſtis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0006-8

Hora nam quaeuis fugiente greſſu
Coepit inſultos varios referre,
Quomodo vitae pereant caducae
Non ſine queſtu.

Teutonum ripam maculat cruore
Albis excellens, qua ager atque pratum
Incolas luget, petit hos amiſſos
Ac fugientes.

Lahna Gallorum rubet Odera atque
Aduenae duri calido repleta
Sanguine, et caeſos mare iactat omne
Vndique nautas.

Non refert multo numerare cantu
Qui manu palmas rapiant ſuperba:
Sunt pedes horum cupidi quietas
Tollere mentes.

At lubet doctas Heliconis oras
Ire Muſarum et patriam Salanam:
Hic Camoenae ſe mutuo calore
Dulcis amoris

Implicant Muſae: Sibi ſunt triumpho
Lubricas mentes ſuperaſſe, fingunt
Quae ſibi palmas rapuiſſe morte
Sanguinolenta.

In choro illarum placido docere
WALCHIVS coepit, ſapiens Apollo,
Iuſſa, Muſas et regit aequus illas
Mente benigna.

WALCHIVS, cuius recinit perenne
Nomen in phoebeo Helicone quisque
Vtilis veri cupidorum, et vltro
Tollit ad aſtra.

Cuius excellens meritis refulget
Sempiternis gens, rutilante cedit
Veſte, miti nos facie tueri
Sceptra capeſſit.

Regio greſſu HIC adit ad tribunal,
Themidos Templum, ſine fronte mixta
Iudicat cauſſas, oculi recludunt
Pectus amoris.

Ore dulcedo ſuperat lubenter
Impias mentes, facili labore
Deſinunt lites, requies vbique
Oſcula praebet.

Sunt manus ſemper celebres piando,
Quod iuuentus non meditata patrat,
Quodque neſcit mens, fugit et decorum
Pectoris imum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0008-0

HIC videtur ſic mihi corde magno,
Vix viget quidquam ſimile aut ſecundum,
Et nihil magis generatur ipſo
Corde ſereno.

Dignus HIC eſt, qui patriae Salanae
Tantus eſt RECTOR pietate amari
Atque lauro, quem et iuuenum corona
Vndique portat.

O cohors praeſtans ſociata priſcae
Gloriae Romae celebra, ſerena
Fronte, lucem! quid? modulare grandum
Carmina laudum.

WALCHII MAGNI, reuocantis, amplus
Tullius quae *Naſo*que *Horatius*que
Feruido vultu docuere, clari,
Tempora diua

Aureae aetatis. Teter annus abſit,
Barbarorum iam reiicit ſcatentum
Sordibus tempus. Valet IPSE tantum
Tollere honores

Palladis ſummos, ſtupor atque torpor
Turpis auſu quos rapuere foedo.
WALCHIVS tantum repetit Quirites
Ore diſerto.

Ciuitas, vultu reuoluta laeto,
Subditis geſtans manibus ſacrata
WALCHIO SVMMO tua ferre ſponte
Munera tenta.

Plauſibus lucem hanc, ſocii Quiritum,
Saepius ſacram petite atque notam,
WALCHII DOCTI regimen ſecundum
Cum prece multa.

Hoc decus noſtrum columenque
Ordinis ſummum cole, Muſa!
Seculum felix redit, auſpicante
Duce ſupremo.

ILLIVS ſemper maneat ſacratae
Praemium vitae. Bonitas ſalutis
Aere duro ſit mage firma: Nam haec eſt
Gloria Ienae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0010-0

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-J OL
K018
6017

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0012-1

Jhl. zu Dc 621c. 4°
115

VIRO

MAGNIFICO EXCELLENTISSIMO
ATQVE AMPLISSIMO

IO. ERNESTO IMMANVELI
WALCHIO

PHILOSOPHIAE DOCTORI

ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO
CELEBERRIMO ORDIN [illegible] N HAC ACADE-
MIA H. T. DECANO S [illegible] ATVM LATINAE
DIRECTORI GRAVISSI [illegible] VM ET FLOREN-
TINAE COLVMBA [illegible] GANTIORVM
LITTERA [illegible] ALI

FASCES [illegible] ICOS

MENSE [illegible] LX.

R [illegible]

SOCIETATI [illegible] NOMINE

OFFIC [illegible]

IOANNES [illegible] KERT
PHILOS [illegible] OR.

LITT [illegible] IS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698148-p0013-7